



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvator Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

Distinctio prima tradit de verbi Dei incarnatione, ex parte personæ quæ assumit naturam humanam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

IN TERTIVM LIBRVM
Sententiarum M. Petri. Lom-
bardi Epitome.

DE INCARNATIONE VERBI,
seu vnione naturarum ex parte
assumentis personæ.

DISTINCT. Primæ
CAP. Primum.

*Filius congruo tempore car-
nem assumpsit.*

*In priori-
bus duobus
li. 12. de ter-
minauit de*

gal. 4. **C**um venit igitur plenitudo temporis (vt ait Apostolus) misit Deus filium suum, factum de muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Tempus autem plenitudinis dicitur tempus gratiæ, quod ab aduentu Saluatoris exordiu[m] sumpsit. in quo tempore gratia (qua impletum est quod in lege præcipiebatur) & veritas (qua sponsio humanæ redemptionis facta ab antiquo) perfectè per Iesum Christum facta est. Filij ergo missio est ipsa incarnatio. Eo enim missus est, quod in forma hominis mundo visibilis apparuit.

*rebus di-
uinis, sec.
quod à prin-
cipio egre-
diuntur: nunc
de rebus
diuinis, sec.
quod in
Deum ve-
lut in fi-
nem red-
eunt.*

*Quid est
Filiu[m] mis-
sum esse.*

CAP. Secundum. Congruentiùs mis-
sus est Filius, quàm alia quæuis
Personarum diuinarum.

E P I T O M E

Qvod utique congruo ordine atque alto Dei Sapiētia fecit cōsilio, ut Deus, qui in sapientia sua mundum condiderat, sec. illud, Omnia in sapientia fecisti Domine, quæ in cælis sunt, & quæ in terris: eadem restauraret. Congruentiū etiam mitti debebat qui est ab alio, quān qui à nullo est. Filius autem à Patre est, Pater verò à nullo. Ut enim ait Aug. de Trinit. *lib. 4.*

Pater non est missus. Sicut ergo Pater genuit, Filius verò genitus est: ita congruè Pater misit, Filius missus est. Ab illo enim conuenienter mittitur Dei verbum, cuius est verbum. Ideoque Pater missus non est, ne si mitteretur, ab alio esse putaretur. Neque etiam Spiritus sanctus in carne missus est. August. de Eccles. Dogmat. *cap. 20*

Spiritus san. non est missus ad incarnandum. Non Pater carnem assumpsit, neque Spiritus san. sed Filius tantum: ut qui erat in diuinitate Dei Filius, ipse fieret in homine hominis filius, ne filij nomen ad alterum transfret, qui non esset æterna natiuitate Filius, &c. *cap. 21*

Potuit Pater & Spiritus san. incarnari. Non confusis naturis neque immixtis (sicut Timothiani volunt) sed societate vnitis. Ecce habes quare Filius, non Pater, aut Spiritus san. carnem assumpserit: quamuis vterque olim potuerit, & nunc possit homo fieri.

CAP. Tertium. Quamuis solus Filius
sit incarnatus, tamen ipsam carnis as-
sumptionem tota Trinitas ope-
rata est.

cap. 4. **S**icut inseparabilis est & indiuisa vnitas
substantiæ trium (vt ait August. lib. 1. de
Trinita.) ita & operatio. Non tamen ^{169. b. l. 7}
eandem Trinitatem natam de Virgine, cru- ^{Ad filium}
cifixam, & sepultam catholici tractatores ^{solum est}
docuerunt, sed tantummodo Filium. Nec ^{assumptio}
eandem Trinita. in specie columbæ super ^{terminata.}
Iesum descendisse, sed tantum Spiritum fan.
nec eandem dixisse de cælo, Tu es Filius
meus, sed tantum Patris vocem ad Filium
factam fuisse.

DE INCARNATIONE EX
parte naturæ assumptæ.

DISTINCT. Secundæ
CAP. Primum.

*Totam hominis naturam assumpsit
Dei Filius.*

ET quia in homine tota humana natu-
ra vitio corrupta erat, totam assum-
psit, id est animam & carnem, & horum
proprietas siue accidentia, nisi carnem si-
ne anima, nec animam sine ratione, vt here-
tici voluerunt: sed & carnem & animam